



**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

18. Typus narrationis poeticæ. Ex Libanio aliæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

essent h̄az nuptiæ plenæ dignitatis, plenæ cordiaz, repente est exorta mulieris importunæ nefaria libido, non solum cum dedecore, verum etiam scelere coniuncta.

Hac de causa multi sunt ciscutus verborum, & præparationes in dicendo, ut maior expectatio concitteret, quod in Verrem frequenter Cicerò facit. In comedijis & tragedijs expectationes rerum futurarum concitatæ magnoperè delectant.

Tertiò exitus inopinati, quando felices apparent, summan afferunt iucunditatem, quod ita Cicero affirmat.

At viri s̄pē excellentes, anticipates, varijsque casus, habent admirationem, expectationem, lætitiam, molestiam, spem, timorem: si vero exitu notabili coneluduntur, expletar animus iucundissima lectionis volupate, tales sunt omnes comediarum exitus, hoc est, inopinati, & felices.

Quartò suavis fieri narratio, si motus animi interponantur, nam v̄rait Aristoteles, in omni animi motu inest quædam iucunditas. Cœro pro Aulo Cluentio de Saffia Cluentij matre.

Deinde ita flagrare cœpit amentia, sic inflammati ferri libidine, vt eam non pudor, non pudicitia, non pietas, non macula familiæ, non hominum fama, non filij dolor, non filii miseris, à cupiditate reuocaret, animum adolescentis, nondum confilio, ac ratione firmatum pellit, &c.

Quintò colloquia personarum in narracione delectant, vt 3. in Verrem.

Quæso, inquit, Philodame, cur ad nos filium tuum non int̄ vocari iubes? (Et paulo post.) Tum ille, vt aliquid responderet, negavit moris esse Gracorum, vt in conuiuio virorum accumberent mulieres. Hic tum aliis ex alia parte. Enimvero ferendum hoc non est, vocetur mulier: & quæ sequuntur.

Sextò, dolores expressi delectant, inest enim quædam etiam in dolore iucunditas, vt pro Roscio Amerino.

Quod Amerinis eo usque visum est indignum, vt vrbe tota fleret, gemitusque fierent, (Pro Aulo Cluentio.) In huius amantissimi sui fratri manibus, & gremio, merore, & lacrimis consenseret.

Septimò, iracundia mouent delectationem. Siquidem Homerus iram canit effuso melle dulciorum. Sic Cicero pro Roscio Amerino.

Nemo erat, qui non ardere omnia malleret, quām videre in Sexti Roscij optimi viri atque honestissimi bonis iactantem se, ac dominante Titum Roscium.

Octauò, metus in narratioue suavitatem afferunt, vt pro Roscio Amerino.

Visque adeò autem ille pertinuerat, vt mori malleret, quām de iis rebus Syllam docet. (3. in Verrem.) Hæc vbi filio nunciata sunt, statim examinatus ad aedes contendit, vt & patris, & pudicitiae sororis succurreret.

Nonò, lætitia faciunt iucundam narrationem, vt pro Cluentio.

Tum vero illa egregia, ac præclarata mater palam exultare lætitia, ac triumphare gaudio cœpit. (3. in Verrem.) Fit sermo inter eos, & inuitatio, vt Graco more biberetur, hospes hottatur, poscant maioribus poculis, celebatur omnium sermonem, lætitiaq; convivium.

Decimò, & ultimò cupiditatem expressa delectant, vt pro R. Amerino.

Hoc consilio atque adeò hac amentia impulsi, quem ipsi cūm cuperent, non potuerunt occidere, eum iugulandum vobis tradiderunt. (Pro Cluentio.) Sanguinem suum profundere omnem cupit, dummodo profusum huius ante videat. Et hæc suavitas in rebus.

In verbis suave genus erit dicendi, primum elegantiæ, & iucunditate verborum sonantium, & leuium, deinde coniunctione, quæ neque asperos habeat concursus, neque disiunctos, atque hiantes, & sit circumscripta non longo antratu, sed ad spiritum vocis apto, habeatq; similitudinem, & qualitatemque verborum.

#### Typus narrationis poetica.

Ex Libanio.

#### C A P V T X V I I I .

 Ηλένειαν τὴν Οἰνέως ἐσθλετοῦσα. Δεῖνη μὲν Ηρακλῆς: ἔπει τὸ ποταμὸν Αὐγενόν.  
χλωρὸν ἥρας κόρης. δὲ τὸ ἀμφότερα διδοκός οὐδέπερον χαρίζεται, τὴν πατέρα τὴν δημοτέρα τὸ διάταγμα τούτων τούτους, τὸ ηρακλεῖον τὸ ποταμόν, τὸ τὸ ηρακλεῖον τὸ Σειρήνειον γένοτο.

Deiani-

**D**ianiram Oenei filiam petebat vxorem Hercules: at fluvius Achelous tenebarur amore virginis. Oeneus in vrroque timidus, in neutro gratificari: Iuber igitur, proposita filia, premij loco, illos decertare: Vicit tum Hercules in lucta, defregitque coru fluvij, de eius profluente cruento nata fuerunt Sirenes.

## ALIA.

**H**yacinthus **A**κούεις ἀνθρώποις τῷ πάλαι μετράμενοι Αιγαίων, χρυσὸν, ἔραστον τοῦ γεγόνατο δύο, Ζεφύρος τε, καὶ Δημός. ἐπειδὴ τοῖς αἰχμαρίζεται τῷ θεῷ, οὐλένει φόνον δὲ σφρύσας, καὶ τηρήτας ἀφέντα δίσκον, (ἐπειδὴ τοῦ γόρη οὐδεὶς θεός οὐδὲ Λαόντης τὰ ταῦτα,) ποντίκης ἀπὸ τῆς Ταύρου, καὶ πιρήσπει τῷ μεταξίῳ τῶν βολεῶν: καὶ τὸ μὲν ἐκεῖτο δὲ γῆ ὑπέρ τοῦ πατρὸς, καὶ ἀντίτοιχος.

**A**vidistin, de flore hyacinthi: Fuit olim adolescens ille Amycleus formosus, habuitque amatores duos, Zephyrum, & Latonæ filium. Cum autem Deo inserviaret, insidias illi struit, ut interficiatur, ventus, & obseruato tempore, quo discum elecerat, nam docebat hæc Hyacinthum Apollo, fuit de Taygeto, & convertit in adolescentem iactum, qui quidem ipse concidit: terra vero miserta illius florem produxit.

## ALIA.

**A**phrodite. **A**rethusa. **E**ρωτεῖται ποταμοῦ πόδον οὐν ἔμετεληκεν Αλφέω Σικελίκης πηγῆς, Αρεθόσης τούνομα πηγῆς δὲ ἐρχεται δι' Ιανου παρὰ αὐτὴν, φυλακτισθεντικαὶ μηρὺς καὶ δαλάνη τὸ φέρετον.

**A**mor retigit amnum, immisitque cupiditatem Alpheo fonti Siciliæ, nomine Arethusa. Itaque ille fauicus fertur per Ionium mare ad ipsum. In mari etiam ipso impermitemus fluviem seruans.

## Typus narrationis ciuilis, in tenui charactere.

Cic lib. 2. de inuentione.

## CAPUT XIX.

**E**legans in **I**n itinere quidam proficisci entem ad mercatum quendam, & secum aliquantum

nummorum ferentem est comitatus: cum *hic generis* hoc, ut fere sit, in via sermonem contulit, ex lib. offio,

quo factum est, ut illud iter familiarius facere m. 58.

Quare, cum in quandam tabernam

diaretissent, simul cœnare, & in eodem loco

somnum capere voluerunt; cœnati discebue-

runt ibidem. Caupo autem (nam ita dicitur

post inuentum, cum in alio maleficio depre-

hensus esset) cum illum alterum, videlicet quod

nummos haberet, animaduertisset, noctu,

postquam illos arctius, ut sit, iam ex laetitudi-

ne dormire seculit, accessit: & alterius eorum,

qui sine nummis erat gladium propè apposi-

tum è vagina eduxit, & illum alterum occi-

dit, nummos abstulit, gladium cruentum in

vaginam recondidit, ipse sese in lectum suum

recepit: ille autem cuius gladio occisio erat

facta, multo ante lucem surrexit, comitem il-

lum suum inclamauit semel, ac sapiens illum

somno impeditum non respondere existimauit: ipse gladium, & cetera, quæ secum attule-

rat: solum profectus est. Caupo non multò post

conclamauit hominem esse occisum, & eum

quibusdam diuersoribus, illum qui ante exier-

at, consequitur: in itinere hominem compre-

hendit, gladium eius è vagina educit, reperit

cruentum: homo in urbem ab illis deducitur,

ac reus sit.

## Typus narrationis historica, suauis, &amp;

Philologica.

Narratio de Leonibus, & Vrba.

## CAPUT XX.

**L**έγει Εὐθύμιος, σὲ Παγτάρῳ τῷ Θρακῷ Λεια. I. 3.  
κινούσι, κοιτη λέοντος ἐρύμω φυλακῆς, de ani. c. 21.  
επιτάσσαν ἀρκτον, σκύνουσι τὸ λέοντος δια-  
φεύρων, διά τὸ μικροῦς ἔνεας ἔτι δὲ τριών σφισιν  
ἀδικεῖται. ἐπειδὴ ἀρκετον τον θεον ἄγαρον, το  
πατηρ, καὶ μήτηρ, καὶ ἔδοντος παθεας σὲ της  
φόνοις, οὐα εἰκός ηγεσιν, καὶ επιτελούσι ἀρκτον ιστοι  
τὸ δείσασα τοι το δένδρον οὐ ποδῶν ἔχειν αὐτοι, καὶ  
ἐκάλυτη, τινες επιβαλλει τινες δὲ ἐκένεντες λίνον  
πειραμένης τοι το δένδρον τη τιμωρησασθεντ  
λομεῖται, ηκειν δένδρο εἰσαῦθαι οὐ μὲν αὐτα οὐ

K k λέπτες